

mensem Octubris predictum. Uerum si galee uiagij Alexandrie in suo reditu
 irent in Cretam pro leuando de dictis granis; ex nunc ordinetur quod de ipsis
 solui debeat suum nabulum ipsis galeis secundum usum, assignantibus patronis
 earum dictis duche et consiliarijs plazam siue locum, ubi debuissent poni grane 10
 predicte, et in quanta quantitate, de qua plaza siue loco ipsi ducha et consiliarij
 nos informant et debeant dicte grane in nauigijs, qui ipsas statuent, dent et assig-
 nent illis quorum erunt secundum usum. De alijs uero mercationibus subtilibus,
 que erunt in partibus Crete, ordinetur quod capitaneus Culphi in reditu suo de
 partibus Sicilie mittat unam uel duas de galeis Culphi, prout sibi uidebitur fore 15
 necessarie secundum quantitatem dictarum mercationum ad partes Crete ad
 leuandum et conducendum ipsas mercationes Mothonum, habita prius informa-
 tione in Mothono, uel alibi de quantitate mercationum predictarum, et de Mo-
 thono postea conducantur ipse mercationes Venetias cum armatis nostris secun-
 dum ordinem datum. 20

36

Fo 125^r Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν εὐγενῆ Θαδδαῖον Ἰουστινιάνον στρατιωτικὸν καπετάνον Κρήτης νὰ ἐπιβῇ τῶν
 κατέργων τῆς Ἀδριατικῆς ἢ ἄλλων κατέργων καὶ πλοίων μετὰ τῆς οἰκογενείας του καὶ νὰ ἐπανεέλθῃ
 εἰς Βενετίαν. 1376, Ἰουλίου 13.

37

Περὶ ἐξοπλισμοῦ ἐν Κρήτῃ δύο κατέργων ἐκλεγομένων σοπρακομίτων δύο ἐκ τῶν Βενετῶν εὐγενῶν.
 1376, Ἰουλίου 26.

Fo 126^{to} Millesimo trecentesimo LXXVI, die XXVI Julij. 1

Capta. Quod ut simus fortiores in mari pro multis respectibus scribatur regi-
 mini Crete quatenus sine mora armare debeat duas de galeis quas ibi habet de
 melioribus fulciendo ipsas omnibus opportunis et aptari et preparari faciendo
 eas ut fuerit necessarium, dando eis pagam de duobus mensibus et faciendo 5
 supracomitos ipsarum duos de nostris nobilibus deinde cum salario ducatorum
 triginta in mense, quas galeas sic armatas et fulcitas mittat quam citius esse
 poterit ad partes Mothoni, ubi inuenient mandatum nostrum, quod sibi mittemus
 per galeas nostras uiagij Alexandrie et Baruti. Et mittatur sibi pecunia neces-
 saria pro armamento dictarum galearum. Et mittantur etiam unum uel duo cor- 10
 pora galearum dehinc, si uidebitur domino, consiliarijs, capitibus et sapientibus
 ambarum manum uel maiori parti. De parte alij—non 3—non sinceri 2. 12

38

Ἐγκρισις ἀγοραπωλησίας τῆς σερβενταρίας εἰς Πισίδα Κανουλάρη Κρήτης. Ἀγοραστής ὁ Νικλόριος
 Μπόκοις, πωλητὴς ὁ Ἀνδρέας Μπάφρος. 1377, Μαρτίου 23.

